

Georg Meinke


**Divi Hulderici Episcopae Sverinensis Administratoris, Terrae Megapyrgicae
Patris, Regionum magnarum Proavi, laude dignißimi, In honorem ultimum
Oratiuncula**

Rostochii: Myliandrus, 1603


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823376486>

Druck Freier  Zugang





2015 A 3 <16. Jh.>




D I V I
H U L D E R I C I,


Episcopæ Sverinensis Admini-
stratoris,

Terra Megapyrgica
Patris,
Regionum magnarum
Proavi,
laude dignissimi,

In honorem ultimum,

O R A T I V N C V L A

M. GEORGII MANCINI *Sverinensis.*




R O S T O C H I I

Typis Stephani Myliandri Anno M. D. CIII.



Typis Stephani Myllendorfi Anno M. D. C. L. II.



Rovinciæ Megapyrgicæ paren-
tibus
Persæpe crudelis fuit -ne Martius?
Sævire Marti pergis in patriæ pa-
tres?

Malus -ne Zachariæ dies? nimis malus.
Nimis -ne acerbus hicce, quæso, plurimis?
Dux HVLDERICVS, viva agrûm Megapyr-
Columna, luxq; clara terræ Teutonum, (gicûm
Reliquit hæc cadiva pietas quibat hunc
Servare salvum? quibat hunc virtus suis?
Quid? non valebant vota, non multæ preces,
Non mille lacrumæ, profusæ, regiæ
Natæ, atque coniugis suæ, non CAROLI
Fratris dolorum signa moestûm maxima,
Non aulicûm, non subditûm quærimoniæ.
Nihil juvabat Aesculapius, nihil
Hippocrates, nihil Galenus, & nihil
Prorsum Theophrastus, nec omnia aurea.
Quid -nam loquar? quid nunc querar? nunc qui
cum ego

A 2

Expof-

Exposcam? & hæc quis ultor auribus bibet?
Sidus-ne crudum, fata, Noctis filiæ?
Moerete Nevela, Varnus, Elda, Storaque;
Belthe tui da signa luctus tristia:
Albisque cum Oceano, Oceroque plangite.
Sverina demittas Dioecesis caput.
Quis HULLDERICO hoc carior, mi dic, tibi?
Ex Administratoribus diutius
Quis rexit, ac dux noster hic, te, dic mihi?
Effunde lacrimas tuas Megale-poli,
Effunde, non Demetrius Macedoniæ
Hic rex erat, qui flumen Axjum transiens,
Quam copiam magnam libellum supplicum
In flumen effudit, velutque musculas,
Ipsi exhibentes supplices molestiam
Planè à suis comitatibus depellier
Iussit. loquutus noster hic cum paupere,
Clementiam ostendit suam vultu suo,
Gestuique, & humanissimis sermonibus
Fastu sine ullo prorsus, aut fastidio.
Hic Cyrus, hic Augustus, & Traianus hic.
Hoc atque dictum, nil putavit dulcius,
Differre nil bonum à patre bono principem.
Templa, & scholas complexus hic clementia
Quam

Quàm singulari!quàm hic piusDeum in suum!
Cum lenitate floruit severitas
Heroë in hoc, præ cæteris moderatio,
Quando Poëtæ haut immemor sententiæ,
Tendas nimis si vela, navis mergitur ;
Sed si relaxes hæcce, vehitur tutius.
Nimis feroces impetus odit DEVS.
Moderatione, dic mihi, quid gratius?
Hæc temperationis, & clementiæ
Quando cadunt exempla in ista rustica,
Plebeiaque ingenia, atque quæ tenacia
Offensionum? ingenia quò hæc heroica
Præstantiora, quò eminentioraque;
Eo-ne mitiora, lenioraque?
Eo-ne placabilia sunt iræ magis?
Heroui huic magno aurea hæc sententia:
Magnum esse nil, quod non idem placidum fiet.
Hic difficillimum regnum, atque maximum.
Putavit esse ipsum regere se, iram suam
Frænare, odium, & adfectiones cæteras.
Traianus, humanus quod erga omnes foret,
Respondet illis, hocce reprehendentibus:
Eum imperatorem esse privatis precor
Me, quem Imperatorem esse privatus sibi.

Hic noster heros singulari plurimos
Humanitate vicit, & sapientia.
Hic temperantiæ speculum, hic prudentiæ,
Hic veritatis, mentis hic heroicæ, (mnum?
Sacrae hic Dicæ, hic speculum-ne virtutum o-
Quid multa? virtus summa huic, qui cum Deo
Reddit suis pacem, & quietem subditis.
Cum pace qui locus, beatus quàm locus!
Quid cuncta repetam? cum IEHOVA qui suam
In orbe agit vitam, & suam cum hoc finijt,
Vivit beatus cum IEHOVA perpetim.
Sic vixit heros noster, in morbo ultimo
Ut vidit ultimam ad futuram horam sibi,
Regnum suum mandavit unico suo
Fratri, Herulæ terræ columna qui optima
Futura, ut huic, cordi cui pax aurea.
Verùm suam mentem IEhovæ, quem dies,
Noctesque hoc audientibus quàm plurimis,
Oravit, ut veniret, ut dissolveret
Sese statim, addens fronte quàm placidissima
Gravissimè tales sonos: IEHOVA tu
Spes, vita, robur, & levamen tu meum,
Ad te fugio, te unum volo, te unum voco,
Adspiro ad altum, patria est coelum mihi.


Tua

Tua mors meæ, certa est salutis janua:
Labe occido mea; tuo sed sanguine
Vivo. hæc precans, placidè oculos clausit suos.
Dux HULLDERICE magne dux huiusmodi,
Qui tam senex in orbe, uti tu videris
Tuos nepotes, atque pronepotes tuos.
Dux magne in æternum vale. mens jam tua
Videt unitatem, trinitatem perpetim,
Maiora apud quam gaudia, ac in sæculo hoc.
Quæ gaudia hoc in sæculo? brevissiman?
Volant-ne, ut umbra? cum Deo quæ gaudia!
Dux magne in æternum vale. tibi feram
Meâ quotannis cum Camœna munera,
Cum pace moerentes cupressos, atque cum
Bonitate, cum clementia tristissima,
Fundamque cum constantia tibi lacrumas.
Quid-nam sed hæc? ne sim tui sic immemor.
Dux HVLDERICVS nos apud perenne aget.
Finis querelis, sitque finis lacrumis.
Dux HVLDERICVS vivit, ac non mortuus,
Præmissus est tantùm: redire non cupit
Ad regiam natam, adque coniugem suam,
Quæ lacrumùm usq; & usq; fundunt rivulos.
Ad unicum fratrem suum carissimum,

Et:

Et ad nepotes, adque pronepotes suos,
Heroui huic eiusmodi sunt gaudia.
Columnæ in hac provincia tres sunt-super,
Quas inter obtinet locum dux C A R O L V S
Primum, qui amans virtutis, & fidei, haut secus
Ac frater HVLDERICVS, & reverentiæ
Recti, boni, veri, integri. stent hæc diu
Simul columnæ, cum Deo stent hæc diu.
Hæc pauca M A N C I N V S modò, alij pluria,
Orator imprimis, & Angelus D E I.





Des Durchleuchtigen
bornen Fürsten und
VLRI
Hertzogen
Fürst

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O Balance P Q R S T U V



cia Megapyrgicæ paren-
tibus
e crudelis fuit -ne Martius?
Marti pergis in patriæ pa-
tres?
iæ dies? nimis malus.
hicce, quæso, plurimis?
VS, viva agrûm Megapyr-
ara terræ Teutonum, (gicûm
va pietas quibat hunc
quibat hu... suis?

